Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31476
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



152.

gregatus est omnis
plebs quasi vir unus
ad plateam que est
ante portam aquarum. Et dixerunt esdre
scribe ut afferret li
brum legis moysi quem
precepit dominus israhel.
Attulit ergo esdras
sacerdos legem coram
multitudine virorum
ac mulierum cunctisque
qui poterant intelli
gere in die prima
mensis septimi. Et
legit in eo aperte in
platea que erat an
te portam aquarum
a mane usque ad me
diam diem: in con
spectu virorum ac mu
lierum et sapientium.
Et aures omnis ple
bis erant erecte ad libros.
Stetit autem esdras
scriba super gradum
ligneum quem fe
cerat ad loquendum
et steterunt iuxta eum
mathathias et sem
eias et anaias et u
rias. Et aperuit es
dras librum coram om
nibus: et benedixit deo
magno. Et respon
dens omnis plebs amen:
elevans manus suas.
Et inclinantes se et
adoraverunt deum pro
in terram. Porro le
vite silentium facie
bant in plebe ad audi
endam legem. Plebs
autem stabat in gra